

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Fortitudo f  
cum fonte primo

Iusti et fortis uiri est, nec aduersis frangi,  
nec prosperis subleuari, sed in utroque esse moderatus.

Ieronymus super Ioel.

Aut econtrario gaudemus, gestimusque laetitia, et bona nostra moderanter ferre non possumus;  
iustique et fortis uiri est, nec aduersis frangi,  
nec prosperis subleuari, sed in utroque esse moderatum.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarii in prophetas minores, In Ioel*, 1.4  
(CCSL 76, M. Adriaen ed., p.164, ll.134-137).